

poterit habere facilius Si tanta sollicitudine debet liberalium artium et aliarum facultatum magistri promoueri in quibus minus est periculum quam prudentia ac cautela sunt promouendi quam cum magno periculo periculis quas filii dei acerbissima morte pacis sanguinem suum fundendo redemit in extremo iudicio sunt responsuri in quo iudicio de lege communi nemo certus est an propria digne responderi valeat job testante. 9. c. si repente interroget quis respondebit ei quam etiam si habueris quippiam iustum non respondebo. si innocenter offendero prauum me probabit etiam si simplex fuero huius ipsum ignorabit anima mea Qua de re nos sacerdotes pro ceteris iudicandi merito iudicem nostrum deprecabimur ad supradictas quaestiones dignis responsionibus ipsius cum adiutorio qui non delectatur in perditione hominum nec vult mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat corda nostra ad faciendas eius iustificationes preparando. Quod nobis prestare dignetur qui iudicaturus est uiuos et mortuos et seculum per ignem mecum huius incompre scriptis sub iocione romanae ecclesiae informati. obedientie atque prelatorum directioni. Corripiat me quilibet doctior iustus in misericordia nec oleum peccatorum caput meum impinguabit Amen

De ieiunio quadragesimali et consuetudine ex qua in certorum principum curiis et aliorum domibus tribus diebus per quadragesimam datur bis ciborum resectio.

Ex predicto certum habet periculum sacerdotum qui non solum pro suis uerum et commissarum plebium culpis in extremo iudicio rom sunt redidituri quam non solum in precepta decalogi sed et ecclesie mandata sacrosque canones sanctis spiritus iustitiam ac domino dictatos committunt quorum episcopi ac reliqui sacerdotes debent fore custodes insurgendo in eorum transgressores et se munus pro domo israel. i. ecclesie preceptis atque dei mandatis opponere Ezechiel. 13. et in c. sit rector 43. dist. alias ut canes muti non valentes latrare ab extremo arguentur eis peccata populi que a transgressione non prohibuerunt imputando. 86. dist. Inferiorum. poterunt nihilominus sacerdotes etiam prohibere valentes. si ne culpa a prohibitione abstinere non sperantes sed maius malum presumptes ex tali prohibitione occasionem sumere secundum b. thomam in septimo. 4. circa dist. 33 sic non prohibent sed tolerant lupanaria publica. secundum b. augustinum in libro de ordine. et b. thomam in 2. 2. q. 78. ar. xi. et rectores communitatum utriusque status quasi nolentes publica mala secundum Christum solum permittunt ad vitandum maiora mala. ut in c. hac ratione. 31. q. 1. putat hec clarius supra in tertia quaestione habent ergo sacerdotes spanes correctio et prohibitionem malorum